



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Amatvs Conf. 8. Maii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

260 *Vitæ Sanctorum.* 8. MAII.

Cupidinis , sic à tyranni etiam ignibus  
integra fuerunt , & à tam sanctis flam-  
marum spoliis hodie Eluacum Germa-  
niæ civitas splendet. Ex Sur.

S. AMATVS CONF. 8. Maii.

**A**MATO Saludecium patria fuit.  
Parentibus in tenerâ aetate amissis,  
multa tulit, fecitq; puer & adolescens,  
etiam viris imitanda. Amor castitatis  
prima illi bella excitavit , fœminâ clas-  
sicum cantante , proprio sexus sui ge-  
nio. Ea fratri AMATI nupta , filiam ,  
quam priore conjugio tulerat , cùm  
AMATO sponsam obtruderet , repul-  
sam ultimis odiis ulta est, quibus etiam  
fratres collisi sunt, exiguo tamē AMA-  
TI incommodo, depitantis in lucro, si  
virtutis causâ nomen suum amitteret ,  
siceretque exosus: Numinis tamen bene-  
volentiam omnibus officiis captavit, in  
pauperes tam prodigus, nihil ut sibi re-  
linqueret , sed locata promiscuè opeâ ,  
famem sustentaret : in emaciato nihi-  
lominus corpore flagro ferreo non mo-  
dò memoriam sed imaginem Christi  
patientis renovabat; hoc quoque illius  
assecutus, ut pro malesano habitus pu-  
blica civium suorum fabula fieret. Sed  
despectum orbi calū ad se rapuit , tam  
familiariter quidem, ut inter castas pre-  
ces evolantem ad Superos animū etiam  
corpus lequeretur. Crescentem eo mi-  
raculo

A II.  
nibus  
flam-  
rma-  
  
aii.  
fuit.  
issis,  
cens,  
itatis  
clas-  
i ge-  
am,  
im-  
pul-  
tiam  
MA-  
ro, si  
ret,  
ene-  
it, in  
i re-  
erâ,  
ihi-  
mo-  
risti  
lius  
pu-  
Sed  
tam  
ore-  
jam  
mi-  
culo  
raculo AMATI famam frater fœdo  
crimine fugillavit, stupri commercium  
ei cum Clarâ sorore Deo sacratâ affin-  
gere ausus. Sed ambulantem in jus sol  
absolvit abollam ejus intercipiens, suis-  
que radiis sustentans. Iisdem illustrata  
AMATI est sanctitas; sed ille prodi-  
tem suum fugiens, inter sacras peregrina-  
tiones consenuit, in hospitali deniq;  
pauperum domo, quam fuis impensis  
crexerat, mortuus. Corpus nondum ex-  
tabuit, suaque integritate fratris ca-  
lumniam etiam in tumulo refutat. E  
Phil. Ferrar.

S. GREGORIVS NAZIANZENVS.  
9. Maii.

GREGORIVS à patriâ NAZIAN-  
ZENVS, ab eruditione postea  
THEOLOGVS dictus, cùm studiorum  
causa Athenas peteret, gravi tempe-  
state jactatus, proximè ultimum vitæ  
discrimen fuit. Quis credat? quò felici-  
tatis venti secundi nunquam tulissent,  
adversi tulerunt. Cùm enim vovisset, si  
ex his undis emergeret, sanctioribus  
Baptismi aquis caput mersurum, & vi-  
tam inter Religiosos acturum, illico  
cælum arrisit, & damnatus voti GRE-  
GORIVS navim non tam ad terram,  
quam ad cælum appulit. Porro Athe-  
nis commoranti uno eodemq; tempore  
& castitas & sapientia visendam se-

R 3 dede-